

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Promptuarium allegoriarum sacrarum praincipia fidei  
christianae capita illustrantium: indice quadruplici  
instructum post editiones 5 revisum, iam septimo  
recusum**

**Botsack, Johann**

**Francofurti ad Moenum, 1678**

Caput VII. De libero arbitrio, et statu misero [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-142795](#)

## CAPUT VII.

# DE LIBERO AR- BITRIO, ET STATU MISERO hominis post lapsum.

## ARTICVLVS I.

## DE INTELLECTUS CÆCITATE.

## SIMSON CAPTUS PECCATORUM imago.

325. *Simson oculis orbatus ab hostibus*, Jud. 16. v. 21. *Nabuchodonosor oculos Zidekiæ crui jussit*, 2. Reg. 25. v. 7. *Pharaonis magna cæcitas fuit*, mare rubrum ingredientis. *Cæcitas animæ nostræ multò major est*, spiritualibus fidei oculis orbata ab hostibus, peccato, Satanā. *Hæ tenebræ longè densiores Ægyptiacis*, Exod. 10. v. 22. à tenebrarum principe ortæ, Eph. 6. v. 12. Col. 1. v. 13. earundem catenis ligato, 2. Petr. 2. v. 4. 17. Hinc tenebrae sumus, Eph. 5. v. 8. 1. Thess. 5. v. 4. ex quibus verbo vocamur, 1. Petr. 2. v. 9. Hebr. 12. v. 18. perlucem, Joh. 1. v. 5. Phil. 2. v. 15. Christo oculos dante, Eph. 1. v. 18. collyrium verbi præparante, Apoc. 3. v. 18.

## HOMINES NON ACCEPTI DEO ob cæcitatem spiritualiem.

326. *Animal cæcum & claudum Dominus in sacrificiis abominatus est*, Deut. 15. v. 21. Malach. 1. v. 8. 13. Levit. 20. v. 20. 21. Omnes nos caci sumus in cognoscendo, Eph. 4. v. 18. claudi in ambulando in viis Dei: Utrumque vitium deponendum, si grata Domini victima esse volumus. *Cludos cacosque abominabatur David*,

*vid.* 2. Sam. 5. v. 8. *in terra habitantes*: Hi erant idola,  
D. Luth. in gloss. marg. Ita Christus nostram cæci-  
tatem aversatur & spiritualem claudicationem, in quam  
ob peccatum incidimus, & ob quam, ut idola, Deo abo-  
minabiles simus.

## MISERIÆ HUMANÆ TYPUS

in Simson, Jud. 16.

327. 1. *Simson vinculis areis constrictus*, d. l. vers. 21.

Hæc vincula peccatum notant, quod remissione mini-  
strorum, solvitur, Joh. 20. v. 23. *Quacunque solveritis.*  
His gravibus peccatorum vinculis Manasses pressus  
est, Orat. vers. 8.

2. *In pistrinum deditus fuit Simson*, d. l. v. 21. *Mun-  
dus* est hominibus *pistrinum*, in quod detrusi, servi fa-  
cti & verâ libertate spoliati: In hoc mundi pristino *la-  
borandum* nobis est, ut Israëlitis in deserto, Num. II.  
v. 8. *preimumur mundi ingratitudine typicè adumbrata.*  
Job. 24. v. 11. Filia Babel molere jubetur & labores pi-  
strini exercere, quô servitus futura innuitur, Esa. 47.  
vers. 2. Genus humanum filia Babel, pristino honore  
exuta, molere cogitur in mundi hujus miseriis. *Mola  
inferior* varios labores & vanitates significare potest:  
mola superior cordis nostri sollicitudinem, de qua  
Matth. 6. v. 31. quod perpetuis curarum motibus ver-  
titur. Vide inf. *Cor hominis navigium.* Hi pistrini la-  
bores notant simul summam operarum *vilitatem* & ab-  
jectionem, quibus homines excentur, & extremam  
servitutem. Vid. Exod. 11. v. 5. cap. 12. v. 26. Thren. 5.  
v. 13. Mundiautem vanitatibus nihil vilius est, Rom. 8.  
v. 20. Eccles. 1. v. 2.

## HOMINES TALPÆ.

328. *Ob vivarum in terra defossionem.* Hoc enim  
modo talpæ vivæ in terra defossæ velut & sepultæ ja-  
cent;

cent: Ita homines in terrenarum reruin curis planè defixi, vivi sepulti, Matth. 6. v. 31. Luc. 8. v. 14. 1. Tim. 6. vers. 8.

2. *Ob oculorum effigiationem.* Effigiem quidem habent talpæ oculorum, oculos tamen non habent. Ita oculis suis sæpè homines videntes, non vident, etiam in cognitione Dei naturali, Rom. 1. v. 20. 21. adeoque oculos non habent, sed oculorum solùm effigiem. In spiritualibus planè nihil oculis vident, nisi illuminati sint, Eph. 1. v. 18. & aperti à Domino, Psal. 119. v. 18. *Aperi mihi oculos, ut videam mirabilia legis tua.*

3. *Ob rostris similitudinem.* Talpa rostrum habet, quo terram proruit. Rostrum hoc terrenas hominum sollicitudines notare potest, terram prorucentium, nil nisi terrena sapientium, Phil. 3. v. 19.

4. *Ob auditus rationem.* Talpæ terrâ cooperata melius audiunt, quam extractæ. Terrena libentius homines audiunt, quam cœlestia, Joh. 3. v. 31. *Qui de terra est, de terra loquitur, & hæc terra est.*

5. *Ob solis odium.* Talpa solem odit: Homines verbilucem & Christum solem fastidiunt, Joh. 2. v. 19.

6. *Ob oculorum aperitionem.* Talpæ in morte solùm aperiunt oculos: Ita multi homines in morte primùm aperiunt oculos, aut in inferno, ut epulo, Luc. 16. v. 23.

### HOMINES TALPÆ.

329. Levit. 11. v. 30. *Talpa naturâ cæca, in immundis animalibus recensetur.* Ita homines ob naturalem cæcitatem Deo impuri; homines ergo talpæ ob cæcitatem! Eph. 4. v. 18. 1. Cor. 2. v. 14.

### CÆCORUM MISERABILIS conditio.

330. *Offensio facilis cæcorum:* Ita nos in spirituibus

D  
ibus facili  
1. Pet. 1.  
v. 6. Ego  
oculo, p  
necessaria  
habet, Le  
fabi?  
2. Iovi  
vus peccat  
expulsus  
quidem co  
relabebat  
hinc erro  
pajore,  
deficere  
3. I  
tenebr  
pulpari  
Joh.  
4. sti  
stria  
5. at M  
Phil. 2  
331  
punctat  
affinitate  
nes et  
1. Con  
dulge

libus facile impingimus, Luc. 2. v. 34. Rom. 9. v. 33.  
1. Pet. 2. v. 8. *Via ergo Christo opus nobis est, Joh. 14.*  
*v. 6. Ego sum via, Esa. 42. v. 16. Jer. 31. v. 8. & 9. Fidei*  
*oculū, Eph. 1. v. 18. quem Christus libenter suppeditat,*  
*nec invidebit, qui caco corporali offendiculum ponit pro-*  
*bibunt, Levit. 19. v. 14. Cur invidetis Stoici decreti*  
*fabri?*

2. *In via oberratio*, Deut. 27. v. 18. Ita homines in  
viiis peccatorum oberrāunt, Esa. 53. v. 7. *Velut Agar*  
*expulsa in deserto, Gen. 21. v. 14. Sic Esa. 8. v. 22. &*  
*quidem contumaciter, adeō, ut locum hīc Domini que-*  
*rela habeat, Jerem. 8. v. 4. medela, Jerem. 31. v. 22. In*  
*hanc erroris viam Adamus induxit, cuius typus malū illis*  
*pastores, Jerem. 15. v. 6. Hæc oberratio multos à fide*  
*desciscere facit, 1. Tim. 6. v. 10. 2. Petr. 2. v. 15.*

3. *Manuum palpatio*, Deut. 28. v. 29. Palpant in  
tenebris manibus cæci: Ita homines in cognitione Dei  
palpāunt quasi manibus, Act. 14. v. 16. Actor. 17. v. 27.  
Joh. 1. v. 10. tām naturali, quām revelata.

4. *Confristatio*, Tob. 5. v. 12. Ita & nos perpetuā tri-

statiā vexabat, ob peccatum, cæcitas ingenita.

5. *Comitatus*: Cæcis viæ comites adjungendi sunt:  
ut Marc. 8. v. 22. Ita Christus viæ nostræ dux, lux, fax,  
Psal. 27. v. 1. assumendus, Joh. 14. v. 6.

## DIABOLUS CAUSA CÆCI-

tatis nostræ.

331. *Sichem videns Dinam, cæcitatem mentis eam*  
*perculit, ut, conceptâ prius concupiscentiâ, libidini*  
*assentiret, Gen. 34. vers. 2. Ita Diabolus cæcos homi-*  
*nes efficit, concupiscentiæ indulgentes, infidelitatî,*  
2. Corinth. 4. vers. 4. ut ejus pravis suggestionibus in-  
dulgeant.

N

CÆ-

## CÆCI SUMUS A NATIVITATE.

332. *Johan. 9. v. 1. Cæcum ab utero Christus vidu.*  
Hic est humani generis imago. Cæci sumus in via, *Luc. 18. v. 35.* ad viam erroris respicientes, *Esa. 53. v. 6.* frustrè mendicantes: Nobis itaque appropinquavit, visum restituit Christus, lux illa & lumen mundi. *Joh. 1. v. 9.*

OB PECCATUM CÆCI-  
tas inficta.

333. *Genes. 19. v. 11. Sodomita fores effracturi Lo-*  
*thi, cæcitatem percussi sunt.* Ita Adamus, Deo similis esse  
cupiens, cum velut è domo exturbare voluit; & fores di-  
vinæ sapientiae effringere, cupiens Deo esse similis; qua-  
propter cæcitatem percussus, *Eph. 4. v. 18.*

## CÆCITAS HOMINUM.

334. *Caligo est sub pedibus Dei,* 2. *Samuel. 22. v. 10.*  
*Psal. 18. v. 10. Psal. 97. v. 2.* Caligo hominum ignorantia  
est, qui in terra, adeoque sub pedibus Dei; scabellum  
enim pedum Dei terra, *Esa. 66. v. 1.* Apud Deum au-  
tem vera lux est, *Psal. 36. v. 10.* Sine cuius luce tenebrae  
sumus, *Joh. 1. v. 10.* ni Christus illuminet. Hirundo pul-  
los cacos parere dicitur, eosdemq; ab illa liberare cecitate.  
Homo cæcus spiritualiter generat hominem, à cæcitate  
liberare non potest hominem, 1. *Cor. 2. v. 14.* Animalis  
homo non percipit ea, qua *Spiritus Dei sunt.* Animalis er-  
gò fiat spiritualis.

## SAPIENTIA MUNDI

stultitia.

335. Nabuchodonosor confidens sapientia & poten-  
tia sua obbrutuit, *Dan. 4. v. 29.* Ita sapientes mundi stu-  
ti sunt coram Deo, oculos habentes, nec tamen  
videntes, 1. *Cor. 1. v. 18.* Quæramus ergò abscondi-  
tam sapientiam, 1. *Cor. 2. v. 7.* quam Deus paryulis re-  
velat,

velata Mamb  
119. v. 10. 1.  
1. Est  
efficiat ter  
terram pa  
benter, u  
ser, n. Ti  
adverbia  
cum Serg  
1. M  
v. 1. d.  
organis  
& alia s  
junctio  
335  
fente  
Chrif  
2. 1  
venit, 2.  
Vincum  
nient,  
3. 1a  
mo inc  
tem co  
4. 1.  
var. Ed  
stiam &

velat, Matth. 11. v. 25. quam lex præstat, Psal. 19. v. 8. Psal. 119. v. 130. Lex hæc est Domini verbum.

## HUMANARUM VIRIUM

Naaman typus.

336. 2. Reg. 5. Naaman typus liberi arbitrii.

1. *Externa padagogia*: Audiens Prophetam in Israël esse, ad iter se accinxit: Ita adhuc homo irregenitus exterrnam padagogiam præstare potest, ire in templum libenter, ut Herodes, Marc. 6. v. 20. audire. Semper discere, 2. Tim. 3. v. 7. scilicet justitiam, R. om. 9. v. 31. currere ad verbi auditum, Am. 8. v. 11. 12. cupere verbum audire, cum Sergio, A. ct. 13. v. 7.

2. *Mediorum prescriptio stulta*, indignatione, v. 12. d. l. Ita media Dei in conversis stulta conversionis organa videntur, baptismus, prædicatio, 1. Cor. 1. v. 20. & alia substituere volunt, ut Naaman, v. 12. Sapientiam justificant filii stultiæ, Matth. 11. v. 19.

## INTELLECTUS CÆCITAS

comparatur ad tenebras, Eph. 4.

v. 18. Joh. 1. v. 5.

337. *Ob solis absentiam*: Tenebræ enim fiunt absente sole: Ita gratosè à nobis recedente sole justitiae Christo, tenebræ fiunt in nobis, Joh. 12. v. 35.

2. *Discrepantiam*. Tenebris cum luce non convenit, 2. Cor. 6. v. 15. Ita nec intellectus cum luce divinorum mysteriorum, 1. Cor. 2. v. 14. ulla est convenientia.

3. *Terrorem*. Tenebræ terrorem incutunt: Ita homo in conversu ex contemplatione Dei merum terror concipit, ut Job. 12. v. 25.

4. *Malorum amorem*: Mali amant tenebras, Job. 24. v. 15. Esa. 29. v. 15. Ita impii amant suam ipsorum stultitiam & cæcitatem, R. om. 1. v. 22.

N 2

5. Aelio-

5. *Actionum impedimenta:* Tenebræ vetant ambulare, Exod.10.v.22.23. Ita cæcitas facit intellectus, ut viam lucis non agnoscamus, non ambulemus, Eccl. 2.v.14. Nos stulti sumus, Psal.14.v.1. 1. Cor. 2.v.14.

6. *Loci rationem:* Tenebræ sunt plerunque in carceribus; in inferno sunt catenæ tenebrarum, Jud. Epist. v.6. Ita homines in hunc mundum, velut carcerem de trusi, in tenebris ignorantiæ sedent, Luc.1.v.79. Joh. 1.v.5. *Egyptii immorigeri tenebris vexati,* Sap.17. v.21. Ita homines tristissimâ tenebrarum imagine in hoc mundo agitati, ni Christus vera nobis lux affulgeat, Joh.12. v.35.

7. *Lapsus consationem:* Tenebræ faciunt, ut quis facilè impingat. Ita intellectus nostri cæcitas in mysteriis nos impingere facit: Ita Nicodemus, Joh.3.v.4.12.

### ARTICVLVS II.

## DE VOLUNTATE, CORDE HOMINIS.

### CONCUPISCENTIA EST VINUM

Loth.

338. *Qui Sodomis elapsus, vinō inebriatus, incestum commisit, Gen.19.v.32.33.*

1. Tale vinum concupiscentia, quâ Sodomis licet in inferni per Christum, testamenti angelum, egressi, Zach.9.v.11. tamen inebriamus & spiritualem confortationem exercemus, præceptis Domini morem non gerendo. Hæc concupiscentia cogit exclamare, Rom.7.v.24. *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus!*

2. *Dua*

2. *Duae filiae Lothi, allegorice significare possunt*  
 1. *Mundum scandalosum, malis exemplis concupiscentiam hominis incendentem, Matth. 18.v.7.*  
 2. *Carnem petulcam, hominem quotidie ad peccatum instigantem, Gal. 5.v.17.*
- CAUSA PROCREANS CONcupiscentiae, Diabolus.

339. *Leviathan flatu suo prunas ardere facit, Job. 41.v.11.12.* Hę prunae sunt concupiscentia, quae peccati incendium faciunt, ut ex prunis, *Prov. 26. v. 21. Sir. 28. v.11.12.* Exstinguenda ea concupiscentia, simulac scintillare cœperit, *Sir. 28.v.14.* Hanc ardere facit Satan ille Leviathan, cum aliás sēpe, velut sub cineribus lateret ignis, ut exاردescat, & peccati fumum excitet, *Esa. 9. v.18.*

### INGENITÆ CONCUPISCENTIÆ

genium his metaphoris depingit

codex Domini.

340. 1. *Maleficus crucifigendus, Gal. 5.v.24. in domo cordis nostri latens.*  
 2. *Diaboli progenies, Joh. 8.v.44. & filia.*  
 3. *Resturpissima, Rom. 1.v.26.*  
 4. *Dominus, cui obtemperare non debemus, Rom. 6. v.12.*  
 5. *Ignislatens, Rom. 7.v.9.*  
 6. *Mater concipiens peccatum, Jac. 1.v.15.*  
 7. *Mortis carnifex, Num. 11.v.4 Sap. 19.v.11.*  
 8. *Dominus abnegandus, Tit. 2.v.12.*  
 9. *Miles animam oppugnans, 1.Petr. 2.v.11.*  
 10. *Viamala, per quam non ambulandum, 1.Petr. 4. v.2.3. Epist. Jud. v.16.*  
 11. *Spirituale oculorum fascinum & excæatio, Gen. 2.v.9.*

N 3

12. Mor-

12. Mortuum *spiritualium sepulchrum*, quô sepe  
liuntur, ut non exferant se, Num. II. v. 34.

13. *Scortator animam spiritualiter vitians*, ut He-  
mor, Gen. 34. v. 19.

14. *Animal vivens occidendum*, Col. 3. v. 5.

15. *Pomum in inferno fugiens*, quo impenitentes  
frui nequivant, Apoc. 18. v. 14.

16. *Hortus*, quem qui colit, pudore suffunditur,  
Esa. I. v. 29.

17. *Morbus generis humani communis*, I. Thess. 4.  
vers. 5.

18. *Vinum illud rubens & invitans ad spiritualem  
peccati ebrietatem*, Prov. 20. v. 1. Prov. 23. v. 31.

### COR HOMINIS EST AGER.

341. *Ratione culturae*. Ager, si fructum ferre debet,  
diligenter colendus est: Ita & cor. Hinc Jerem. 4. v. 3.  
*Arate vobis in nova. Videte, quomodo audiatis*, Luc. 8.  
vers. 18. quomodo agrum cordis excolatis, Proverb. 24.  
v. 27. & 30.

2. *Benedictionis*. Ager divinâ benedictione pro-  
fert I. Cor. 3. v. 6. fructus: Ita & cor humanum ex se ste-  
rile est, 2. Cor. 3. v. 5. sed in Deo fœcundum, Johan. 15.  
v. 2. 8.

3. *Mystica significationis*. In agro orta contentio in-  
ter Cainum & Abelem, Gen. 4. v. 8. Ita in agro cordis lu-  
cta est inter carnem & sanguinem, Rom. 7. v. 21. seq. Gal.  
5. v. 17. *Isaac ad meditandum orandumque in agrum  
prodit*, Gen. 24. v. 62. Ita in agro cordis meditemur le-  
gem Dei, Psal. I. v. 2. in hunc agrum deambulatum se-  
cedimus, cum piis gemitibus, precibus, meditationibus  
que vacamus.

4. *Maledictionis ob peccatum*, Gen. 3. v. 17. Ita  
& cor

& cor Deut. 27. v. 26. ni resipiscat, ob peccatum male-dictum est.

5. *Occationis, occandus ager:* Ita sublimia cordis de-struenda, Matth. 3. v. 3. Confer. Esa. 2. v. 10. 11.

6. *Indigentia pluviae:* Ita cor humanum eget pluviam doctrina, Deut. 32. v. 2. Esa. 55. v. 11. *Aqua Spiritus sancti & baptismatis,* Ezech. 16. v. 9. Joh. 3. vers. 5. Eph. 5. v. 26. *eternarefectionis,* Apoc. 22. v. 17.

7. *Lolitorum:* Ita peccati lolium crescit in agro, Deut. 32. v. 32. Hebr. 10. v. 30. quod vere lolium est

1. *Ob deceptionem;* quandò enim adhuc in herba est, non discernitur à tritico lolium: Ita peccati, à vir-tute, pullulantis difficilis est discretio, facilis dece-pcio.

2. *Ob suffocationem:* Ut enim lolium triticum suf-focat: Ita peccatum Spiritum extinguit & expellit, Gen. 6. v. 3.

3. *Infectionem.* Zizania namque vim habent noc-  
vam & venenatam: Ita & peccatum nocet, & mortis ve-neno inficit, Rom. 5. v. 12. Sap. 2. v. 24.

8. *Averruncationis.* Lolium extirpandum: Ita pec-cata ex corde hominis evelienda, ne ferant fructum, Rom. 6. v. 12.

9. *Agrorum diversa sterilitas:* Ita peccatorum semi-na in quibusdam vividiora sunt, quam in aliis, vel ipso teste Philosopho, lib. 2. Ethic. ad Nicom. cap. 9.

10. *Agri ab incursionsibus hostium servandi:* Ita cor-dis agrum custodiore debemus à Satanæ lolis, Matth. 13. vers. 38. 39. mundi scandalis, Matth. 18. vers. 7. curarum spinis, Luc. 21. vers. 34. quæ conjunctis operis agrum cordis nostri devastare cupiunt, Luc. 8. vers. 14. Cole agrum cordis, arando per legem, Jer. 4. v. 4. serendo per Evangelium, Gal. 6. v. 8. fructificando per operum

N 4 studi-

studium, Joh. 15. v. 3. Dei enim agricultura sumus;  
1. Cor. 1. v. 9. Ita nunquam spiritualis deficiet panis,  
Prov. 28. v. 19.

COR HUMANUM EST INSTAR  
castrorum Midianiticorum.

342. *In quibus alter in alterum infurgebat*, Jud. 7.  
v. 22. Ita cor humanum pugnantes habeth hostes, con-  
cupiscentiam & spiritum, Rom. 7. v. 18. Galat. 5. v. 17.  
1. Pet. 2. v. 11. Uterque gladius est, cor pungens, Spiritus  
per verbum, Heb. 4. v. 12. Caro per cupiditatis stimu-  
lum, quæ militat contra animam.

## EST

343. *Instar olla igni apposite, varios subinde vapores  
emittentis.* Ita cor humanum ad concupiscentia ignem  
positum, Syr. 9. v. 10. varias cogitationes homini sugge-  
rit. Sugerit hoc Propheta, Ezech. 24. v. 11.

## COR HOMINIS EST RADIX.

344. Deut. 29. v. 18. *Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.* Ejusmodi radix cor hominis  
est, fel & amaritudo est peccatum, verè fel, sive Toxi-  
cum,

1. *Ob inflammationem:* sicut enim hæc herba labia  
linguamque inflammat, Æginet: lib. 5. cap. 54. Ita peccatum  
inflammat cor, & æstum iræ Dei in eo excitat.

2. *Ob insanie causationem.* Incoercita insanía sequi-  
tur eos, qui Toxicum comedenterunt: Ita conscientia insanía  
peccatorem consequitur, Rom. 2. v. 15.

3. *Ob mentis perturbationem.* Qui enim Toxico  
usi, eorum mentes variis imaginibus perturbantur, teste  
codem Æginet. Ita peccatores variis imaginibus con-  
scientia obversantibus terrentur: Hinc David, Psal. 51.  
Peccatum meum **CORAM ME** est semper. Accep-  
dit

dit imago iræ divinæ & temptationis Diabolicæ. Ergo  
debet esse bona radix cor nostrum. Hujus requisita  
sunt

1. *Vt sit viva.* Ita cor hominis ex fide debet vivere,  
Habac. 2. v. 4. Heb. 10. v. 38. Gal. 2. v. 20, vivere Christo, non peccato.

2. *Fixa:* Ita cor per fidei certitudinem & per anchoram fixum esse debet. Eph. 4. v. 12. Hebr. 6. v. 14.  
1. Cor. 15. v. 58. Col. 1. v. 23, præmium est, Hebr. 12. v. 28. propositum. Imò cor hominis per amorem fixum esse debet in Deo, ut non moveatur à mundo scandalosa aut petulca carne.

3. *Solida.* Ita cor nostrum charitate compactum esse debet erga Deum, Deut. 6. v. 5. Col. 2. v. 2. erga proximum, solidâ charitate erga utrumque.

4. *Humida:* Ita cor hominis devotione & lachrymis humidum esse debet, ut cor Petri, Matth. 26. v. ult. peccatricis, Luc. 7. v. 38. Davidis Psal. 6. v. 7. Talis radix, si cor nostrum fuerit, etiam si senuerit in terra sepultum, mortuumque: Tamen germinabit rursum in judicio extremo, ad odorem aquæ vivæ, Christi scilicet, Job. 14. v. 8. Prov. 12. v. 3. Alias cor humanum vere radix est venenata.

1. *Ob inhesionem:* Per radicem arbor terræ inhæret, & ab ea succum accipit: Ita cor humanum terrenis affixum est, terrenis delectatur, Joh. 3. v. 6. estque cuiuslibet hominis cor radix venenata, parentibus ortum debens venenatum, Psal. 51. v. 7. eisdem, velut arbori, inhærens.

2. *Ob pullulationem:* Ex radice pullulat humiditas in truncum arboris: Ita ex corde humano omnis generis virtus in animam pullulant, Matth. 15. Deut. 29. v. 18. In bonis bona radix est cordis. Prov. 12. v. 12.

## HOMO SPIRITUALITER

surdus &amp; mutus.

345. Marc. 7. v. 32. *Christo oblatus est surdus simul ac mutus.* Vivum corruptionis nostræ Symbolum! Surdi enim sumus, velut aspides, ad verbum Domini, Psal. 58. v. 5. Esa. 43. v. 8. Hæc surditas à Diabolo inficta, qui est Spiritus surdus, Marc. 9. vers. 25. à solo Christo sanatur, qui *manum imponit, digiti suo ægritudinem spiritualem contrectat; hic digitus est Spiritus sanctus,*

1. *Ob processionem.* Digitus è corpore & brachio procedit: Brachium filius Dei est: Corpus velut pater est, fons & principium Trinitatis: Ab utroque procedit Spiritus S. salvo mysterio B. Trinitatis, remoto carnali sensu.

2. *Ob articulorum distinctionem:* Ita varia sunt Spiritus sancti dona, Rom. 12. 1. Cor. 12.

3. *Ob operationem.* Corpus enim per manum digmatumq; operatur: Ita Deus per Spiritum sanctum, 1. Corinth. 12. v. 3.

IN REBUS DIVINIS NE-  
gligens homo.

346. *Discipulorum oculi somnō gravati erant Christo patiente, nec sciebant, quid responderent,* Matth. 26. vers. 43. 44. Ita in divinis rebus, nihil nisi somnolentiam ostendimus, ignorantiam prodimus. 1. Cor. 2. vers. 14. unde petit oculos illuminatos Apostolus, Eph. 1. v. 18.

COR HOMINIS EST NAVI-  
gium in mari.

347. 1. *Ob ventorum impulsionem.* Venti quatuor subem cordis humani concutientem sunt metus fututorum, Luc. 21. vers. 26. tristitia ob præsentiam malorum,

rum, 2. Cor. 6. v. 2. seq. Joh. 16. v. ult. præsumptio & confidencia, securitas in felicitate præsenti, momentanâ.

2. *Mercium apportionem.* Utero namque matris egressi, mundi mare ingressi, cor nostrum peccati merces apportat, in mortis portu eas exonerat, Job. 14. v. 4. c. 15. v. 14. 1. Cor. 15. v. 56.

3. *Fragilitatem.* Facile namque navis frangitur: Ita cor nostrum in anxietatibus, Jer. 17. v. 9.

4. *Negatam quietem:* In navi nulla quies, semper metus, undeque fluctus: Ita cor nostrum nullâ fruitur, nisi in portu cœli, quiete. In inquietam ergo cordis navim Christus accersendus est, quod præsente ponent venti & mares, ut Matth. 8. v. 26. Esa. 30. v. 15.

5. *Mare:* est hic mundus: est mare miseriarum & peccati; imò ipsum cor & navis & mare est: Clamamus ex hoc profundo, Psal. 130. v. 1. ut ipse Deus præsit clavo navis nostræ in hoc mundo.

### EST ARCUS DOLOSUS.

348. Psal. 78. v. 57. *Averterunt se (Israelitæ) & non servaverunt pactum; quemadmodum patres eorum conservisunt in arcum pravum.* Arcus ille pravus est cor hominis. Arcus enim dolosus hinc inde oberrat, scopum non tangit: Ita cor hominis à lege aberrat, legis scopum non ferit, qui est plena Dei proximique dilectio, Rom. 13. v. 8. jaculantem fallit.

### COR HOMINIS THESAURUS.

349. Matth. 12. v. 35. *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona.* Thesaurus ille cor hominis est,

1. *Ob repositionem.* Thesaurus enim pro acervo hic positus est: Ita in corde omnis generis consilia & machinationes locum suum habent: Unde

2. Ob

2. *Ob copiam ita dicitur. Conf. Matth. 15. v. 19.* Ut enim in thesauris copia aris & auri: Ita in corde hominis virtiorum copia se gesque.

**COR EST ADAMAS ET  
faxum.**

350. *Ezech. 11. v. 19.* Auferam cor lapideum de carne eorum. Lapis ergo & Adamas cor est,

1. *Ob aciem*, quâ scindendis rebus aptus est Adamas: Ita cor nostrum scindit peccatis velut novacula, ea que ipsi homini toti insculpit, *Jer. 17. v. 1.*

2. *Duritatem*, *Ezech. 3. v. 9.* *Zach. 7. v. 12.* Ita durum est cor humanum, ut nec monitis mansuetat, nec longanimitate Dei flectatur, *Rom. 2. v. 5.*

3. *Parvitatem.* Parvus est Adamas & tamen durus: Ita cor humanum est parvum; mundus tamen & lerna peccatorum, *Matth. 15. v. 19.*

4. *Summam pravitatem:* Teste Dioscor. Adamas est lapis amoris & reconciliationis: Annon hæc summa pravitas.

**COR HOMINIS EST TERRA**

Sodomita.

351. Antea fructuissima & fertilissima, *Gen. 10. v. 10.* sicut paradisus Domini. Nunc verò sterilis & infruituosa, terra cor nostrum est nullis repletum fructibus, nisi cum à Deo repletur, *Phil. 1. v. 11.*

2. *Odio habunt Dominus Sodomam*, eam evertendo: Ita cor hominis impoenitens Deus fastidit, *Ezech. 16. v. 30.* *Osc. 13. v. 8. 9.* Emphaticus locus, *Esa. 57. v. 11.*

3. *Vastata, eversa Sodoma.* Vastatum, eversum cordis humani domicilium, omnibus dotibus privatum.

4. *Sodoma et terra nocentissimos fructus fert*, *Deut.*

32.

32.v.32. Conf. Plinium Tom. 2. Tacit. Ita fructus cordis humani nocentissimi, Matth. 15. *Ex corde exerunt,*  
v.19. Confer. 6.v.21. Prov. 1.v.31.

5. *Nihil nisi bitumen gignit Asphaltites lacus.* Peccatum est illud bitumen, quod in corde gignitur, damnationis picem promerens, Apoc. 14.v.10. Dan. 3.v.46. all. \* Peccata sunt poma illa Sodomæa, speciem pulchritudinis habentia extrinsecus; intus verò nihil, nisi cinis & fector.

### HOMO IN STATU PECCATI

est uxor Lothi,

352. *Quæ in salis statuam versa est, postquam retrospexit,* Gen. 19.v.26. Ita homo retrospiciens, salis statua facta arida, sterilis, nullos fructus ferens, quæ *anagnia* non *solum* indigitatur voce salis: *Verum etiam homo cum statuā confertur, ipsa cordis στραγηγείᾳ notatur.* Hoc sale ager cordis nostri sparsus est

### OB SIGNIFICATIONEM

1. *Sterilitatis.* Sal namque loca arentia & sicca amat, & sterilia. Ita cor nostrum siccum & sterile est.

2. *Extremae vastitatis.* *Sichem enim destruxit Abimelech, sale servit,* Jud. 9.v.45. in detestationis & vastitatis indicium. Ita cor nostrum detestabilis ager factus, hortus destructus est, peccati sale conspersus est.

3. *Propria consumptionis.* *Sal seipsum consumit:* Ita sal peccatis ipsum & peccatorem consumit, Psal. 22. cor liquecit, v. 15. Ita conquerebatur filius Dei, quia in se peccata recipiens filiorum hominum, iram patris velut ignem fenserat.

Status quoque peccatoris comparatur cum Babylone, Gen. 11. v.8. *Ob linguarum confusionem.* Potens in homine membrum *lingua* vel *vires confusæ* sunt

&

& hostiles adçò, ut nullus inter eas sit concentus, sed mera *confusio*, hostilis *oppugnatio*, spiritualis ædificii *impeditio*; Has demùm ultimum *dispersionis* malum individuo nexus excipit, Gen. 11. v. 8.

### COR HOMINIS EST PRÆ- putium.

353. *Abscindendum & velut averruncandum*, si cum Domino foedus gratiæ spirituale pangere voluerimus. Horum phrases: *Circumcidere prepudium*, arare cor, maximè verò locus Ezech. 16. v. 30. Deut. 10. v. 16. Jer. 4. v. 3.

### EST FERMENTUM,

354. *Quod à sacris & agno paschali quam longissime abesse voluit Iehovah*, Exod. 12. v. 25. Lev. 2. v. 4. Cor nostrum, quā in statu culpæ consideratur, merum est malitia fermentum, fermens, hoc est, inquinans omnes actus, effectus, affectus hominis.

### EST SCORIA ET VAPPA.

355. Esa. 1. v. 21. *Civitas fidelis* cor hominis erat in primo statu; *Erat pleno iudicio*, fulgens sanctitate Dei. *Justitia habitavit in ea*, Eph. 4. v. 24. Verum post peccatum homo spiritualiter scortatur, homicida est lux ipsius animæ.

2. *Argentum illud divinorum duorum*, quō radiabat, in vitorum scoriam versum est, & vinum benedictionis, mutatum est in aquam maledictionis, Gen. 3. v. 17. 18, *Propter te maledicta terra.*

### COR HOMINIS NON FERT majestatem Dei.

356. *Facies Mosis velo regenda erat*, ob eximiam illius claritatem, 2. Cor. 3. v. 7. Exod. 34. v. 30. Ita peccata nostra plusquam Cimmeriis tenebris obruta sunt,

sunt, ut lucem Dei reformident, maiestate ejus abhor-  
reant, quem amore complecti debebamus.

## PECCATUM COR HOMINIS

planè permeavit.

357. Hoc significatum fuit per ipsarum vietimiarum  
exusiones, toties præceptas in Levit. cap. 4. v. 12. cap. 6.  
vers. 23.

## COR HOMINIS AD ARBO-

tem malam & labruscam

358. Toties in sacris literis comparatur, ut intima  
ejus malitia exprimatur, Esa. 5. v. 4. Jer. 2. v. 21. Est  
zizanion, palmes steriles, nullos ferens ex se fructus,  
Joh. 15. v. 2. subditus rebellis, nolens se spiritu regi,  
Gal. 5. v. 17. vinitor ingratus, fallens spem agricole,  
Esa. 5. v. 4. 5.

## COR HOMINIS, IPSE HOMO,

per succinctorium

359. Putre *Jeremia Propheta adumbratur*, quod si-  
bi penitus adjunxerat, & putre & abominabile perpec-  
catum factum est, Jer. 13. v. 7.

## COR HOMINIS.

360. Est massa & figmentum perditum, Gen. 6. v. 5.  
Vas corruptum, vel sub ipsa Dei resiliuntiis, (liceat  
ita loqui τῆς ἡμφάσεως ἔντα, refingentis manu. Jerem.  
18. v. 6.

## COR HOMINIS EST

tabula,

361. 1. Cui peccatum *inscriptum* sanguine paren-  
tum, ex quo cor formatum, cui lex peccati, Rom. 7. v. 21.  
*inscripta*. Hæ sunt tabulæ cordis, Ezech. 11. v. 9. la-  
pidea, quibus stylo Adamantino iniquitas inscripta,  
Jer. 17. v. 1. 2.

2. His tabulis cordis nostri novam legem inscri-  
bit

bit ille, qui solus affirmare de se potest *verissime*. Psal. 40. v. 9. **LEX TUA IN CORDE MEO.** Is est Christus.

3. Primo homini lex imaginis divinæ inscripta erat; Verum ad idolatriam conversus, Moses tabulas cordis fregit illas: Exod. 32. v. 19. all.

### COR HOMINIS EST PUITRIDA CARO.

362. Unde toties sale illud condire jubemur. Sal hoc est verbum Dei: Vid. Cap. 1. Scriptura est sal. Sale non fuit salitum, Ezech. 16. v. 4.

### HOMO VIATOR ILLE INFELIX.

363. Luc. 10. v. 30. *Vulneratus.* Vid. supra: Peccatum est vulnus.

2. *Spoliatus vestibus salutis & indumentis iustitia.* Vid. sup. L. de peccato.

### HOMO EST DESTRUCTUM DEI

364. *Aedificium, tabernaculum dirutum, omnibus modis orbatum, horribili ratione devastatum, confusatum cœnō peccatorum, culpâ Satanae & protoplastorum; fundamentum eversum, lapides dejecti.* Hujus reædificandi desiderio incredibili flagrant Dei servi, Psal. 102. v. 15. *Servus ille Dei electus Christus reparavit ruinam, ipse factus fundamentum,* 1. Cor. 3. v. 11. Caput, Eph. 1. v. 21. *Vinculum & compages Spiritus,* Eph. 4. v. 4. subministrando, lapides vivos præparando, 1. Pet. 2. v. 5.

### COR HOMINIS EST OLEASTER, ROM. 11. v. 17.

365. 1. *Ratione negata culture.* Oleaster est arbor inulta, antequam olivæ inseratur. *Cor nostrum est arbor*

arbor inulta & sylvestris, antequam Christo inferatur, veræ olivæ, Rom. ii. v. 17.

2. *Ratione fructuum amaritudinis*, teste Plin. Fructus cordis sunt amaritudo spiritualis, odium Dei & proximi, Rom. 3. v. 14. Eph. 4. v. 31.

3. *Ratione foliorum latitudinis*, quibus tegitur oleaster. *Folia cordis* humani sunt variæ peccatorum palliations, excusationes, folia ficus Adami, Genes. 3. vers. 12. 13.

4. *Ratione loci*, montosif scilicet, quem amat: Ita cor humanum amat superbiam, quam locus montosus significat; Scripturæ enim phrasis est, montes pro superbis ponere, Esa. 2. v. 13. 14. Cap. 40. v. 4.

### HOMO EST LIGNUM SICCUM.

366. *Ut homo manu arefacta*, Luc. 6. v. 8. omni operi inutilis; Ita & Homo post peccatum arefactum habet cor, per infelicem arboris tactum, Gen. 3.

2. *Siccus* est ob peccati angores, Ps. 32. v. 4.

3. *Ob sitim ad Deum*, Psal. 143. v. 6.

4. *Ob tentationes in cruce*, Esa. 38. v. 12.

5. *Ob mundum*, qui nihil aliud, quam terra arida, Conf. mundus est desertum.

6. *Ob sterilitatem*. Sicca enim sterilia sunt. Arbor autem sterilis & arida judicatur, qua est sine succo, foliis, fructu. Ita cor hominis, caret succo devotionis, verbis receptionis. Luc. 8. v. 6. manetque exsuccum, nisi succi in olea fiat particeps. Rom. ii. v. 17.

2. *Caret foliis & fructibus* bonorum operum repletum in fructuosis tenebrarum operibus, Eph. 3, II. Caveamus hanc sterilitatem. Judæ Epist. vers. 12.

Tit. 3. v. 14.

O

NA-

NATIVITAS NOSTRI PECCATO  
inquinata.

367. Ezech.16.vers.3. *Radix tua & generatio ex terra Canaan: Pater tuus ex Amorrhaeis & mater tua ex Hethais.* Ex terra Canaan nostra generatio est, ex terra scilicet procreamur, terram gerimus, terimusque: Terra Canaan, mundus est, terra illa ab habitatoribus inquinata, Gen.15.v.21. Ex hac terra quoque polluimur, cum in ea inter impuros versamur, ab impiis procreamur, Job.14.v.4. c.15.v.14.

2. *Pater est Amorrhaeus:* 1. Communis pater Adam verè est Amorrhaeus ob peccatorum similitudinem, Gen.15.v.16. & nominis rationem: verè enim *contradictor fuit Adam*, quem vox ea significat. 2. Proprius quoq; pater Amorrhaeus est, quia ad suam ipsius imaginem genuit (malitiæ scilicet,) filios, Gen.5.v.3; & ita contradictionis participem sibolem fecit.

2. *Mater ex Hethais.* Hoc ipso ingenita malitia innuitur, de qua Job.15.v.14. Psal.51.v.5.

4. *Abominatio extrema.* Israëlitæ enim hos populos, (Amorrhaeos, Hethaos) extremè detestabantur, Gen.28.v.8.

5. *Umbilicus non est precisus.* Incircumcisî enim nascimur cordibus & anribus, Acto.7.vers.51. *labiis,* Exod.4.v.13. *cordibus,* Lev.26. vers.41. Jer.6. v.10. *prapatius,* Jer.9.v.26. Ezech.44.v.7. *carne,* cap. eod. v.9. ideoque abominabiles. Exod.12.v.48. Ezech.32. v.25.

6. *Aqua loti non sumus.* Immundi enim procreamur, Job.14.v.4. aquâ peccatorum quidem lavati, sed non salutari baptismaris aquâ.

7. *Nec sale saliti.* Sale nimirum verbi divini, quo in

in baptisino contigerimus. Eph.5. vers.26. lavacio aquæ in verbo.

8. *Nec fasciis involuti.* Nudi enim ex utero pre-gredimur, tam corporaliter, quam spiritualiter. Fasciis igitur justitiae Christi involvendi sumus. Galat.3. v.27. Esai.61. v.10.

9. *Projecti sumus super faciem terræ, jacentes in sanguine nostro.* A parentibus enim projicimus in terræ faciem, qui generare, non regenerare possunt. Joh.3.v.5. In sanguine delictorum nostrorum projecti sumus, quæ alias sanguines appellantur (Psal.51. libera me de sanguinibus) & cum sanguine propagantur.

### MISERIAE HUMANE TYPUS.

368. Joh.5.v.5. seq. 1. *Ob morbi diuturnitatem.* vers.5. Morbus peccati duravit ab Adamo, in omnes usque hominum generationes Rom.5.v.12.

2. *Ob projectionem.* Projectus jacuit ægrotus ille. Nos quoque jacemus, à Satana ; Luc.10.v.30. à parentibus. Ezech.16.v.5. projecti ; nos Christus placi-do vidit lumine, ut ægrotum illum: d.loc.v.6.

3. *Ob humani auxilii destitutionem,* v.7. Ita nos morbo peccati affecti, omni destituti sumus auxiliō Psal.49.v.8. Esai.63.v.3. *Nemo mecum!*

4. *Ob negatam motionem,* vers.7. Movere se non poterat ægrotus. Nec nos spiritualiter movere possumus, quia planè mortui, quia in vulneribus derelicti, Luc.10. v.32.

OS (O) SO-

O 2

AR-

## ARTICULUS III.

DE RELIQUIS VITÆ HUMA-  
NÆ MISERIIS & CONDITIONE IN HOC  
MUNDO.

## HOMINIS FRAGILITAS.

369. Job.30. v.19. *Favilla & cineri assimilatus sum*: Hæc est vitæ lubricitas hominis; Est enim favilla ex scintillis cinis modicus: *Scintille fulgentes pri-  
mierant parentes, immortalitate scilicet, quâ amissâ,  
nil nisi cinis facti sunt, nil nisi favillas nos progenue-  
runt. Favilla tegit splendorem carbonis*: Ita vitæ no-  
stræ fragilitas cognitionem boni multis modis impe-  
dit. Sap.9. v.9. *Facile dispergitur*. Ita vita hominis  
facile transit. *Cinis & pulvis ariditatem notat*. Deut.  
28. v.24. Ita in vita hominis summa sæpè solatii aridi-  
tas. Psal.63. v.2. Psal.143. v.6. Psal.33. vers.4. *Cinis  
quoque maxima tristitia index*. In hac vita nil nisi tri-  
stitia & panis ille cinerum tristitia, Psal.102. vers.10.  
cum nos Deus in cineribus misericordiarum volutat. Thr.  
3. v.16.

## HOMO INANITAS.

370. Job.13. v.25. *Se folium vento agitatum nomi-  
nai*. Hæc est hominis sors, ut cuivis vento, decussioni  
cuivis, obnoxius sit, & citò in pulverem jactus pu-  
trefeat. At piorum alia est conditio, quorum folia  
non marcescunt, Psal.1. v.4. & quamvis terræ seque-  
stro committantur, revirescent tamen. Prov.11. v.28.  
Jer.17. v.8. Ad hunc incorruptionis statum perpetuis  
gemitibus aspiremus. *Imò stipula sicca sumus astu cru-  
cis & peccatorum*, Psal.32. v.4. *planè exsucci*.

HO-

## HOMINES OVES PERDITÆ,

Luc.15. v.4.

371. *Ob stoliditatem*; Ovis enim animal stolidum, non callidum est: Ita homines in via salutis stolidi stultique 1.Cor.2.v.14. Pl.119.v.176.

2. *Erroris societatem*: Raro enim ovis errat sola, sed plures simul: Sic non unus solùm Adam erravit, sed & omnes cum eo homines. Rom.5.v.12.

3. *Negatam resistendi hostibus potentiam*. Ita spiritualibus hostibus resistere non potuimus. Psal.49,8. Esa.59. v.24. ad arma ergo spiritualia confugiamus Eph.6.v.12.

4. *Morborum copiam & frequentiam*: Ita morbi hominum corporales & spirituales quamplurimi sunt.

5. *Infectionem*. Facile morbida ovis alias inficit: Sic homines generando, labe originali inficiuntur. Job.14.v.4. conversando facile ad malum pelliciuntur, Sirach.13.v.1.

NATIVITAS NOSTRI  
inquinata.

372. Levit.12. v.4. *Mulier post partum non tangit sanctum quidpiam*, durantibus adhuc purificationis diebus. Impuritatis naturalis symbolum est, quâ sit, ut ex immundis immundi nascamur. Job.14. v.4. nec aquâ loti simus. Ezech.16.v.4.5. in peccatis concepti Psal.51. vers.7. quæcum divident inter nos & Deum Esa.59. v.2. sanctum matres vetantur, nisi prius purificatæ, tangere. *Ad sanctuarium appropinquare vetantur eadem*; in ejusdem impuritatis argumentum. Hæc immundities agno vel turture expiabatur, d.v.6. Agnus noster & turtur Christus est, mundans nos la-vacrō, Eph.5.v.25.

## CAPUT VII.

## VITA HÆC PEREGRINATIO.

373. Ne quidem *vestigium pedis* Abrahamo Deus dedit in terra promissa, Actor. 7.v.5. Hæc est nostræ peregrinationis imago, quando mundum incolimus, nec tamen investigium pedis in eo possidemus, 1. Corinth. 7.v.31. Hebr. 11. v.13.14. nam si possideremus, perpetuò nostra manerent, quæ in mundo habemus. At non manent nostra, relinquenda enim sunt in morte. Psal. 49.v.18. Job. 1.v.21. 1. Timoth. 6. v.7. Gaudemus itaque de alia possessione. *Pedes nostri in portis cœlestis Jerusalem stabunt* Psal. 122.v.2. all. nec offendent magis ad montes caliginosos hujus vite, Jer. 13.v.16. hostibus omnibus pulverem pedem nostrorum lingentibus, Esa. 49.v.23.

## PEREGRINI HIC SUMUS.

374. Tabernaculum suum movit Abraham, Gen. 13.v.18. Castra toties moverunt Israëlitæ in deserto: Vid. Num. 33. Hæc omnia significant, peregrinos nos hic, nec habere manentem civitatem. Hebr. 13.v.14. sed deponendum esse hoc mortale tabernaculum. 2. Cor. 5.v.2.

## VITA HÆC PEREGRINATIO.

376. Festum tabernaculorum singulis annis celebrabant Israëlitæ. Levit. 23. v.42. Vita hæc merum exiliū in tabernaculis est, Job. 19. v.12. hostibus undique nos cingentibus; Septem diebus festum tabernaculorum celebrant Israëlitæ. Septem dies notant omnes vitæ nostræ dies, quibus semper peregrinatio nostra meditanda est.

## VITA NOSTRA PEREGRINATIO.

378. Psal. 105.v.23. Accolain terra Cham Jacobus fuisse dicitur. Pii omnes sunt, & esse debent Jacobi, h.e. supplantatores & proculatores impiorum, Satanæ,

næ, quem Deus sub pedibus nostris conteret. Rom. 16.v.20. Accolæ sunt vel peregrinatores, non enim habent mansionem manentem, quia Dei peregrini sunt, Psal.39.v.14. i. Chron.30.v.15. In terra Cham, hoc est, mundo. Mundus autem verè terra Cham est, hoc est, *calida*, igni tribulationis & flammis tentationis. i. Petr.4.v.12. Mundus terra *Cham* est, hoc est, illusoris; nam Cham illusor fuit. Mundus & impii sunt illusores.

1. *Gaudendo. Mundus gaudebit.* Joh.16.v.20.

2. *Insultando & querendo*, ubi Deus noster sit, Psal.42.v.11. Ne miremur ergò, nos igni temptationis tribulari, i. Petr.4.v.12. mundus enim Cham istabulum manet. Manebit nos sors Noachi, Isaaci, quem Ismaël ludificatus est, non jocando, sed persequendo, Galat.4.vers.29. Gen.25.v.10. Elifæ. 2. Reg 2.v.23. Horsum querelæ, Psal.22.v.7. Psal.44.v.14. Jer.20.

v.7.

### VITA HÆC PERPETUA

pugna.

379. *Contra hostes, adificium templi impedituros, bastas ab aurora usq; ad emersionem stellarum tenebant Israelita*, Nehem.4.v.21. Ita à prima Christianismi aurora (quâ sol justitiae in baptismo nobis oritur) hasta fidei contra Satanam, ejusque complices tenenda, donec stellæ oriuntur, hoc est, Christus, stella illa Jacobi, Num.24.v.17. matutina. 2. Petr.1.v.21. æternam gaudii lucem adferens, Esa.60. v.20. qui Satanam penitus tollat: donec illi oriuntur, qui instar stellarum lucem sunt daturi, Dan.12.v.3. de hostibus victis triumphum cantaturi Apoc.12.v.10. i. Cor.15.v.54.

VITA HÆC PERPETUA PUGNA.

380. *Jacobomanibus Labani elapo, ipsiusq; frandi-*

O 4

bus,

*bus, cum in patriam tenderet, Esavus armatā manu occurrit: Gen. 32.v.6. Imago est vitæ humanæ, in quâ superatā unâ tentatione, alia mox succedit: sic abyssum abyssum vocat. Psal. 42.v.8. Ac ubi temporales tentationes perpeſſi sumus, infernal is Esau armatā manu, hoc est, telis ignitis Eph. 6.v.6. nos adoritur. Jacobus non levi timore percussus est ob imminentem Esavi incursum: Ita nobis securos esse non licet; Sed vigilare, ne intremus in temptationem Matth. 26. v.41. ne supplantet nos temptatione 1. Thess. 3. v.5. aut seducat, 2. Cor. 11. v.3. Divisit prudenter gregem Jacobus, à tergo & fronte sibi prospiciens: Ita armis nostris instructi simus, 1. Cor. 6.v.8. Jacob Dominum invocavit: Ita orationis exercitium in temptationibus vigere debet maxime, Eph. 6.v.18.*

### VIVERE EST AD FLUMINA Babylonis sedere.

379. *Ad flumina Babylonis sederunt Israelite, flerunt recordantes Sionis, citharas suas suspendentes, cantare coram hostibus suis renuerunt, Psal. 137. v.1. 2. 3.*

1. *Babylon mundus est, (vide mundus) in quo sedemus ad aquas tribulationis Psal. 18. v.17. Psal. 66. 12. Psal. 69. v.2.*

2. *Flemus autem videntes mundi tyrannidem, quâ premur, & considerantes beatum æternæ Sionis statum, ubi nostrum politevma est, Phil. 3. v.20.*

3. *Citharas quoque nostras suspendimus, tristitia que nos toto addicimus, cum hostes nobis insultant, gaudentes de calamitatibus nostris, de quo Psal. 42.v.4. Joh. 16. v.20.*

4. *Verum, ubi nos hâc mundi captivitate solvet Salvator, in cœlestem Hierosolymam remigrabimus,*

*Apoc.*

Apoc. 20.  
John. 16.  
NHC  
30. A  
pol. 11  
Quicquid  
inhabitans  
conclita,  
Genetrix  
qua deponit  
confidit  
verum ter  
pol. 11  
VIA

381. 11  
12. ver.  
est incep  
plena le  
Ita cale  
dmn, c  
pulcher  
Feliciter  
Auctor. 12  
pact, Ep  
VI

11.  
brunus  
tic. 2. 7.  
rim in co  
guinead

Apoc.20.v.1. nostrum gaudium nemo tolleret à nobis.  
Joh.16.v.22.

**NIHIL HIC NISI SEPULCHRUM**  
habemus.

380. *Abrahamus emis sepulchrum. Gen.23. v. 9. in possessionem.* Nihil hic præter sepulchrum possidemus. Quicquid bonorum est reliquum, vagum, fluxum, instabile est; sola sepulchri possessio nobis à Domino concessa, dicente: *pulvis es & in pulverem reverteris Genes.3.v.19.* Hoc quoque solatii est argumentum, quod sepulchra nostra sint loca possessionis. Ergo confitendum peregrinationis nostræ cursu possidemus veram terram: consummabimus resuscitati, veram possessionem & hæreditatem in ecclis adiutu.

**VIA HUJUS VITÆ AD COELESTEM**  
patriam salebrosa.

381. *Israelita calceati discedebant ex Ægypto, Exod. 12. vers.12.* Ita perviam hujus mundi, qui Ægyptus est, incessuros, oportet calceatos esse, aspera enim est, plena leonibus & aspidibus, qui calcandi, Psal.91.v.15. Ita calceum nostrum super Edom, hoc est, *Satana, mundum, complicesq, extendemus.* Psal.60. vers.10. Ita pulcher erit incessus noster in calcets. Cantic.7. v.1. Feliciter è carcere vitæ hujus emigrabimus, ut Petrus. Actor.12.v.8. *Calcei verò & ocrea sunt Evangelium pacis.* Eph 6.v.15.

**VITA HÆC EST VALLIS LA-**  
chrymarum & Achor.

382. 1. *Vallis est lachrymarum Psal.34. v.7. tene-*  
brarum, Psal.22. v.4. Pii sunt instar rosæ in valle, Can-  
tic.2. v.1. nondum constituti in monte ecclii: Inte-  
rim in eos aquarum copia (tribulationum) pleno a-  
gmine delabitur, quas mundi mons pestifer collegit,

O 5 Conf.

Conf. Job. 16. v. ult. Hinc lachrymarū vallis est; in lachrymis enim seminant, Psal. 126. v. 5. lachrymabundi montēm cœli intuentur, Psal. 42. v. 12. Psal. 121. v. 1. Vita hec vallis misericordiarum. Conf. Gen. 44. v. 29. Job. 6. v. 2. Psal. 25. v. 18. Psal. 88. v. 4. Psal. 116. v. 3. Eccl. 1. v. 14. Jer. 10. Thren. 1. v. 12. Sir. 39. v. 1. Solutio sit: Jud. 2. v. 18. cap. 10. v. 16. 2. Reg. 13. v. 4. Psal. 10. v. 14. Psal. 57. v. 3. Habac. 1. v. 13. *Vallis Achor vita est.*

1. *Nomine;* Achor significat perturbationem: eā plena est vita, tām spirituali, quām corporali, Job. 4. v. 14. Psal. 6. v. 3. 4. Psal. 30. v. 8.

2. *Typicā significatione:* Israēlīta pessimis ab hostibus in valle Achor: Jos. 7. v. 24. Ita in mundi hujus valle premissimur ab hostibus spiritualibus; perturbamur, cum se Deus velut peregrinum & hostem nobis præbet, auxilium abscondit, ut Israelitis contigit. d.l. In vita æterna dabit nobis vallem Achor, in aperitionem spei cosummative. Hos. 2. v. 15. *typic.*

### VITA HUMANA EST INSTAR floris.

385. 1. *Ob momentaneum interitum.* Psal. 90. v. 6. Psal. 103. v. 15. 1. Petr. 1. v. 24. Jacob. 1. v. 10. II. In vita hominis citō arescit.

2. *Ob delectationem:* Flore enim delectamur, cūm colore, tūm odore: Ita vita humana conditio placet, si externō eam colore, odore metiamur, non momentaneō & fluxō interitu.

3. *Ob subitancum mortum,* Job. 14. v. 1. Ita homo subitō oritur per nativitatem: Subitō occidit per mortem. Hanc vitā humanā fragilitatem varii in tabernaculo temploque Salomonis flores sculpti significāunt. Exod. 25. v. 31. 33. cap. 37. v. 17. 1. Reg. 6. v. 18.

EST

## EST INSTAR FILI TEXTORIS.

386. *Esa.38,12. Prævisa est velut à textore vita mea: Filum ergo vita est, ex ossibus, carne, spiritu, conformatum, fragile filum, Gen.38.v.28. sed innatum: idcirco mors facile illam corporis compaginem dissolvit.*

## RADII TEXTORIS.

387. *Qui ultro citroq; jaclatur: Inter texendum rumpit filum: Ita vita humana, Job.7.v.6. morte nos præveniente & vanitates cordis humani ridente, vitæ filum per æstatum stamina ducente, rumpente.*

## FLUVII.

388. 1. *Ob amarum ortum: Fluvii enim omnes ex mari amaro. Ita vita humana ex amaro parturientis matris mari incipiens, in mare miseriarum excurrit, Sirach.40.v.1. definit.*

2. *Ob volabilitatem: Ita vita hominis ultrò citroq; volvitur. Psal.39.vers.7. curis, sortis humanæ inconstantiâ.*

3. *Ob velocitatem: Eadem est vitæ humanæ, Psal. 90.v.10.*

4. *Profunditatem: Ita vita humana multis laborat profunditatibus, Psal.42,v.8. Psal.69.v.3.16. Psal.86. v.13. Psal.88.v.7. Psal.130.v.1. Apoc.2.v.24.*

5. *Pulchritudinem in fluxu: Ita vita humana quandom habet speciem pulchritudinis, sed instar fluvii, transeuntem citò & evanescens. Eccl.1.*

6. *Variam circumitionem: Ita vita hominis variè circumagit per hujus mundi anfractus.*

7. *Impetuositatem, quam in mari deponit, se exonerans. Ita per consiliorum machinationum, sortis humanæ οὐχογέτες, impetus vita hominis volvitur:*

in

EST

in mortis tandem infatibilis mari illo, Hab.3.vers.5.  
Spiritum ponit, Psal.146.v.4.

VITÆ HOMINIS MISERIA  
est fumus.

387. 1. *Ob procreationem*: Fumum enim procreat ignis, agens in subiectam materiam: Ita ignis divini furoris (justo iudicio) efficit vitæ nostræ brevitatem & miseras. Psal.90. v.7. Hoc significatum typicè, Exod.19.v.18.

2. *Ob interitum*, Psal.37.v.20. Ita vita hominis citò interit, Psal.102.v.4.

3. *Ob exsiccationem*: Fumus enim humida corpora exsiccat, Psal.119.v.83. Ita vita hominis fumus est exsiccans: quantò diutius vivit; tantò minus sitim explet. Psal.42.v.3. in hâc mundi eremô, humô, oberrans, Psal.143.v.7. homo.

4. *Ob oculorum lesionem*. Ita vita humana est fumus oculos adhuc impediens, quò minus Deum videant & solida illa bona in cœlis reposita. Exutâ hâc mortalitatis veste, Deum videbimus sicuti est, 1. Joh.3. v.3. Job.19.v.27.

VITA HOMINIS EST VAPOR.

388. 1. *Ob elationem*: Vapor enim in sublime fertur: Ita vita humana in sublime quasi fertur, quando ejus filum, spe velut longum, protenditur, citò tamen præter spem evanescens, Psal.90.v.8. ideoque

2. *Ob brevem durationem*, vapor dicitur vita nostra, Jac.4.v.14.

3. *Ob territudinem*: Vapores suo modo quodam terrorem efficiunt. Ita vita humana terribilis est, ob malorum copiam & tentationum cumulum, quas David ad vaporem ex nabo (irâ) Dei procedentem comparat, Psal.18.v.19. 2. Sam.22.v.9.

4. *Ob*

4. *Ob originem* : Vapor enim ex aqua & aqueis corporibus excitatur : teste Philos. Ita vita humanae brevitas, miseria, ex peccato, aqua maledicta, quodque ut aquam imbibimus, Job.15,16. oritur.

TRANSIT INSTAR NAVIS,  
cursoris, aquilæ.

389. Job.9. vers.25,26. *Navis, quæ decoro apparatu in portu vela explicat, mari se committit, aquas illius sulcat, brevis cursus vestigio remanente, posse à facile scopolis illiditur, fluctibus frangitur* : Ita vita hominis in portu nativitatis ingressum in mundi mare meditatur, decumanis calamitatum fluctibus obruitur, scopolis temptationum illiditur : Tandem nullum cursus sui relinquit vestigium, cum mortuorum brevi obliteretur memoria, Psal.31.v.13. Psal.103, vers.16. gloria. Esa.40.v.7.

2. *Instar cursoris*, cui, opinione celerius, dies desperati, Ita per vallem miseriarum & stadium Christianismi currentes, i. Cor.9.v.24. vitam traducimus instar fabulae, otium fallentis, Psal.90.v.10.

2. *Aquila*, pernici alarum remigio ad cibum contendens. d.l. Jobi.

VITÆ HUMANÆ MISERIA  
nebulæ confertur.

390. *Nebula de terra oriebatur*, Gen.2.v.6. Terra peccatum & corda terrena notat : Ex his oritur nebula, hoc est, vita humanae brevitas & miseria, quæ similis nebulæ.

1. *Ob elevationem & agitationem* : Ita vita hominis variè agitatur, fluctibus calamitatum & temptationum elevatur, ut Psal.102. v. 11. cordis solitudine, velut turbine, agitatur:

2. *Dif-*

2. *Dissipationem*: Ita vita hominis dissipatur facile.

3. *Causationem*. Nebula à sole causatur, vaporess ex aquis terrisve attrahente: Ita Deus lux & sol noster; Psal. 27.v.1. Psal. 84.v.12. miseras illas vitæ humanæ (justo suo judicio, Gen. 3. v.19.) immitit hominibus, qui nihil, nisi pulvis, terra, aquam peccatorum imbibentes, ex quibus nebula illa miseriarum producitur Job. 15.v.16. Psal. 90. v.7. seq.

4. *Utilitatem*, quam latronibus præstat nebula, quâ se occultare poslunt: Ita Diabolus per hujus vitæ miseras nos à pietate abducere satagit, Job. 2.v.5. inque variis vitæ calamitatibus Deum nobis alienum fingit & occultat, Jer. 14. v.9. Hinc illæ querimoniaz in Psalmis frequentissimæ, de Deo abscondente, Ps. 13.v.2. & alib. Thren. 2.v.44. nempe sub nebula miseriarum hujus vitæ.

5. *Solis obscurationem aërisq;*, quæ fit per nebulas. Ita hujus vitæ miseriis sèpè sol solatii obscuratur. Thren. 3.v.44. Esa. 38.v.17.

6. *Pluvia causationem*. Nebula sursum ascendens reddit in materiam nubis, adeoque pluviam efficit. Ita si miseriæ nostræ sursum ascendant per gemitus & preces, Psal. 6.v.7. Esa. 38.v.14. salutarem solatii pluviam impetrabunt, Psal. 6.v.9.20. Psal. 3.v.5. Psal. 94.v.19. Esa. 38.14.

7. *Itineris tardationem*. Nebula enim viatores impedit: Ita & miseriæ hujus vitæ multos in ambulando in via Domini tardant, Luc. 8.v.13. Tempore tribulationis deficiunt, retrospicunt, Luc. 17. vers. 33. cum uxore Lœthi, & Dema, locio olim Apostoli, 2. Tim. 4. vers. 10.

### VITA HOMINIS INSTAR

Palmi.

393. Psal. 39.v.7. qui digitis integratur quatuor.

i. Digi

1. Digi<sup>t</sup>i quatuor, ex quibus humanae vitæ quantitas conjungitur, sunt *formatio* in utero materno, *nativitas*, *vita*, *mors*. Omnia hæc vitæ brevitatem coniunctam cum summis miseriis indicant.

2. *Pectorale summi Sacerdotis*, palmum longum latumq<sup>ue</sup> erat, quod gestabat : Exod. 28.v.16. in pectoro : Ita brevitas vitæ nostræ memoriam semper colere debemus, Psal. 39.v.5. Psal. 109.v.23, Psal. 102.v.4. Psal. 90.9.10. Job. 7.v.3.6.7.

### VITA HUMANA EST SOMNUS & somnium, Psal. 90.6.

394. 1. *Ob brevitatem* : Job. 20.v.8. Ita vitæ humanae brevis est duratio Job. 14.v.1.

2. *Ob vanitatem*, quâ s<sup>æ</sup>pè homines decipiuntur : Eccles. 5.v.6. ita vitæ præsentis vanitate quam pluri-mi decipiuntur. Vid. Esa. 29.v.8. Psal. 73.v.20. similes pescatori illi (autor Theocrit.) qui se aureum cepisse pescem somniaverat.

3. *Temporis consumptionem* : Somnus enim est vi-tæ velut ve<sup>ct</sup>igal; dimidium enim vitæ spatiū vel somno transfigimus : *Totum* vitæ tempus in miseriis, non dimidium, consumimus. Psal. 90.v.10. Syr. 18.v.8.

4. *Mentis impeditiōnem* : Somnus ligat omnes sensus, obstruit spirituum animalium meatibus : Ita continua vita humanae miseriis s<sup>æ</sup>pè homines obtunduntur ac velut obbrutescent, ut in ipsis miseriis nullas animadvertant miseras. *Miseriarum hoc est caput* Amos. 4.9. seqq.

5. *Subitanam obrepitionem* : Somnus subito obrepit homini. Ita in vita hujus miseras, simul ac nascimur, immergimur; obrepunt miserae lento agmine, præter spem & exspectationem omnem, Job. 7. v.1. seq. Sirach. 40.v.1.

6. My-

6. *Mysticam significationem & consolationem.*  
*Petrus in carcere dormiens, & ab angelo exire iussus,*  
*excitatus vix adduci potuit, ni egredetur : existimans*  
*sibi in somno duntaxat accidisse.* Act.12.v.9. Ita ex so-  
*mno vita hujus in judicio liberati, vix capiemus gau-  
 diorum & liberationis nostræ magnitudinem, Esa.35.  
 v.10. Psal.16.v.11. Psal.21.v.7. Joh.16.v.22. Apoc.21,4.  
 excitante nos angelo testamenti Christo, e;q; vitæ hu-  
 jus emigrare carcere præcipiente. Erimus instar so-  
 mniantium, liberati ex Babylone hujus mundi, ne-  
 stare cœlestis latitiae inebriati, Psal.126.v.1.*

### VITA HOMINIS

393. *Est instar tabernaculi pastoris convoluti alio-*  
*que in loco fixi, Esa.38.v.12.*

1. *Ob circumvagationem Pastorum.* Pastores hinc  
 inde in sylvis oberrantes, vagas habent in plaustris  
 domos & tentoria, quæ modò hoc in loco, modò in  
 alio figunt : *Ha vita hominis est tabernaculum va-*  
*gum, mortale.* 2. Cor.5.v.1.

2. *Ob tabernaculi ablationem & convolutionem.*  
 Pastores enim alibi sedes fixuri, convolvunt complicantque tabernacula ; Sic vita hominis tabernaculum  
 velut est, quod tandem convolvendum, *moris valle*  
 complicandum est, donec illud in cœli tabernaculo  
 Christus denud explicit, pascat nos, Apoc.7. vers.15.  
 æstu tamen crucis non amplius nos divexante, Apoc.  
 21. vers.7. nec transfigendi alibi locorum, tabernaculi  
 illius periculo nobis imminentem, 1. Thess.4. vers.17.  
 Joh.17. v.24.

### VENTUS

Job.7,7.

394. *Est vita humana.* 1. *Ob originem :* Ex terræ  
 cavernis & vaporibus ventus oritur : *Vitæ humanæ*  
 bre-

brevitas & miseria ex terra, hoc est, homine terreno,  
Adam. 1. Cor. 15. v. 47. originem habet.

2. *Ob motū tortuositatem.* Ventus variè torque-  
tur in aëre. Vita humana mille habet miseriarum,  
quibus torquetur, anfractus, Sir. 41. v. 1.

3. *Ob termini ad quem, incertitudinem.* Joh. 3. v. 8.  
Ita obscura est eventuum spes & cæca exspectatio fu-  
tutorum, in humanis rebus. Eccl. 11, 6. cap. 7. v. 15.

4. *Ob agitationem:* Ita cordis nostri navigium in  
miseriarum mari circumagitatur, Job. 30. v. 22. His  
ventis cœlum nigrescit (alleg.) 1. Reg. 18, 45.

5. *Ob negatam venti cohibitionem.* Ventum nemo  
potest cohibere, Prov. 27, 16. Vitæ humanæ miseriis  
nemo se extricare potest. Sir. 40, 1.

### UMBRA.

395. Job. 8, 9. cap. 14, 2. Psal. 144, 4. 1. Cor. 30, 15.  
Psal. 102, II.

1. *Ob fugacitatem.* Umbrâ nihil fugacius. Ita vi-  
ta hominis fugit, Psal. 90, 5. 6. 7. seqq.

2. *Desiderium.* Job. 7, 2. Mercenarius optat um-  
bræ declinationem videre : Ita homines cæci vitæ  
brevitatem sibi optant & miserias. Job. 14, 6. vitæque  
hanc umbram cupiunt transire. Jon. 4. vers. 8. Elias,  
1. Reg. 19, 4.

3. *Accretionem :* Accrescit umbra, decrescitque.  
Ita crecit vita hominis, decrescit suâ periodo, Sap. 2.  
v. 5. cap. 5, 9.

4. *Ipsam quidditatem :* Umbra nihil aliud, quam  
lucis privatio  $\tau\varphi\eta\alpha\pi\sigma\sigma\alpha$  : Ita vita nostra nihil aliud,  
nisi veræ in Deo vitæ privatio, solis Christi occultatio,  
Coloss. 3, 2. vanitatum captatio, Baruch. 5, 30.

P VITÆ

VITÆ HUMANÆ MISERIA ET BREVI-  
tas pulveri comparatur, Psal. 103, 14.

396. 1. *Ob copiam.* Pulveris magna copia; Mis-  
eriarum vitæ humanæ major. Sirach. 40, 1.

2. *Ob contemptum.* Pulvere nihil contemptius.  
Sic vita humana magnis in hominibus, quæ minimi fie-  
ri debeat; Mors minimi, quæ cornu hominis, hoc est,  
omnem gloriam potentiamque pro nihilo dicit.

3. *Ob dissipationem.* Pulvis à vento facile dissipat-  
ur: Ita vita hominis à morte & vento peccati, ex quo  
mors, Rom. 5, 12.

Ita vitæ fragilitatem nostræ ob oculos ponit Scri-  
ptura, Psal. 104, 29. Eccl. 3, 20. cap. 12, 7. Sir. 17, 31.

**COROLLARIUM, EX METAPHORIS**  
quibusdam Scripturæ de Vitæ Humanæ  
miseriis, contextum.

### VITA HOMINIS EST

397. 1. *Cibus fastidiosus,* Gen. 25, v. 8. cap. 35, v. 28.  
1. Cor. 24, v. 1. Job. 14, v. 17.

2. *Duratio brevis,* malis non levis, qui æternum  
in mundo vivere optarent, Gen. 47, 9. Sap. 2, 1. c. 9, 5.

3. *Mensura.* 1. Chron. 30, v. 25. quam Deus cui libet  
metitur. Job. 14, 5.

4. *Tedium ares.* Job. 10, 1. cap. 14, 1.

5. *Spiraculum de spiraculo.* Job. 33, v. 4.

6. *Fluvius decrescens,* Psal. 31, II.

7. *Cursus,* cui meta præfixa. Psal. 39, 6. Job. 14, 5.

8. *Morbus* quidam tabidus, Thren. 3, v. 51. Tunc  
autem oculi consumunt vitam, cum impios florere vi-  
demus in vita, pios algere. Psal. 37. per tot. Jer. 12, v. 1.  
Hab. 1, 13. Job. 21, 7.

9. *Captivitas & vinculum,* ex quibus liberari peti-  
mus. Thren. 3, v. 57. 2. Tim. 4, v. 10. cum Simeone illo,

Luc.

Luc. 2, 7, 29  
Apoc. 11, 1  
mūr ex ha  
in libertat

DEM  
min

38  
Mondus  
Math. 4  
nebraru  
Hebr.  
ficiator:

2. P  
regima  
percegit

3  
compl  
servire  
tium lin  
Job. 2, 9

4 7  
ita cogn  
tute libe  
Phil. 1, 13

5. fa  
die po  
V. 1, 2

beram;

Luc.2.v.29. cum Paulo, Phil.1.v.23. cum Ecclesia tota,  
 Apoc.22.v.ult. Veni etiam Domine Jesu! ut libere-  
 mur ex hac vita captivitate, 1.Tim.4,18. gaudeamus  
 in libertate, Rom.8,21.

## ARTICULUS IV.

DE MUNDO, ET VARIA HO-  
 minis, maximè pii, in eodem conditione  
 & statu.

## MUNDUS EST ÆGYPTUS.

398. 1. *Nomine*: Ægyptus exponitur tenebræ.  
 Mundus verè tenebræ peccati, Isa.5. v.20. inscitæ  
 Matth.4,16. Ephes.4,18. cap.5,8. In hoc potestas te-  
 nebrarum. Col.1,13. rectores tenebrarum, Eph.6,12.  
 Hebr. *Mizraim* dicitur. Hoc est oppressor, angu-  
 stiator: Sic in mundo habemus angustias, Joh.16,33.

2. *Patrum peregrinatione*. Sæpius in Ægypto pe-  
 regrinati sunt Patriarchæ: Nos omnes in hoc mundo  
 peregrinamur. Vid. *Peregrinatio est vita*, p.212.

3. *Israelitarum oppressione prædictâ*. Genes.15,13.  
 completa Exod.1. Psal.81,7. Ita in mundo premimur,  
 servire cogimur, affligimur, peregrinam adversan-  
 tum linguam audimus: Ubi Deus tuus est? Ps.42,4.  
 Job.2,9. & testas fragiles tractamus, 2.Cor.4,7.

4. *Josephi servante*: Serviit Joseph in Ægypto.  
 Ita cogimur mundi vanitatibus infervire, à qua servi-  
 tute liberari expetimus. Rom.8,22. 2.Timoth.4,18.  
 Phil.1,23.

5. *Judeorum eductione violenta*: Ita Deus tandem  
 die judicii nos educet in cœlestem Canaan, Hebr.4.  
 v.11. 2.Tim.4,18. in Jerusalem lætam, Apoc.21,7. li-  
 beram, Rom.8,21.

6. *Ægyptus fornax ferrea dicitur*, Deut. 4,20. Ita mundus est fornax ferrea persecutione, & cordis nostri eliquatione, Psal. 22,15. præ mortore; ut ferrum liquefit in fornace.

7. *Ægritudinis copia*, Deut. 7,15. Ita mundus plenus est morbis, ægritudinibus, Sirach. 40,1.

8. *Plagarum multitudine*: Ita mundus plenus est plagis Dei. Amos. 4,9. seq.

9. *Nostrâ derelictione*. Hebr. 11,27. Moses Ægyptum fide reliquit. Relinquamus & nos fide Ægyptum & suspireremus ad πολιτευμα Phil. 3,20. ubi Christus est, Coloss. 3,3. 2. Corinth. 5,1.2.3. seq. cum Paulo, 2. Tim. 4,18. Phil. 3,20.

### MUNDUS EST COLONIA nostra.

399. Gen. 21. v. 34. *Abraham colonus fuit in terra Philistorum*. Mundus hic vera est Philistorum regio, in quâ ut coloni saltem vivimus & commoramus; Ideò in peculium vendere terram Israelitas Deus venit, Lev. 25, v. 23. quia advenæ & coloni saltem essent, quib. jus vendendi non cōpeteret. Conf. 1. Chr. 30,15.

### EST DESERTUM ILLUD.

400. *Quod peragraturi, incident in latrones*, Dia-bolum, ejus satellites, spoliantes nos vestibus justitiæ, ad peccatum pelliciendo, & semivivos relinquentes. Luc. 10,30. omni solatio destitutos,

### MUNDUS EST DOMUS

Potipharis.

401. *Quam simulac Joseph ingressus ab impudica uxore tentatus est*, Gen. 39,7. Ita pii in hoc mundo, ad spiritualia adulteria invitantur, scandalorum multitudine. Singulis diebus solicitatur Josephus: nulla piis tentatione mundi vacua est dies, hora nulla Ps. 118,10. II.

MUN-

## MUNDUS EST MONS

Calvaria.

402. 1. *Ob fætorem.* Mons enim Calvaria locus extra Jerusalem, supplicii maleficorum destinatus, & eorundem cadaveribus deformatus & fætens. Ita in mundo nihil præter peccati fætorem, 1.Joh.2.v.16. Nulla ibi boni odoris fragrantia est, neque piis, quib⁹ mundus hic non arridet; neque ipsi Deo, ad quem teterimus peccatorum fætor, ut ex spirituali Sodomā, ascendit.

2. *Supplicii locum.* In monte Calvaria malefici plecebantur: Ita in hoc mundo Adam & ejus posteri supplicii afficiuntur ob inobedientiam, Genes.3. v.18.19. *Insudore;* terra feret tribulos.

3. *Ossuarium.* Offsa enim maleficorum eo in loco dispersi jacuere. Ita mundus hic est omnium hominum ossuarium, ex quo perviam illam universæ carnis emigramus morientes.

## MUNDUS EST MALEDICTUS.

403. *Montibus Gelboe maledictionem imprecatus David, quod Jonathan in iis cecidisset,* 2.Sam.1.vers.21. *optavit, ut nec ros nec pluvia descendenter super eos.* Ita mundus est ille maledictus mons, in quo multi pii etiam cadunt. Ros autem divinae gratiae & pluvia cœlestis non descendunt in illum, quia mundus odio habet Deum, ejusque ministros. *Mundus Spiritum Sanctum capere non potest, pluvia & roris cœlestis autorem,* Joh.17.v.25. Joh.14.v.17.

## MUNDUS MALEDICTUS.

404. *Exod.19.v.12. Cavete, ne ascendatis in montem, ne tangatis fines illius, ne moriamini.* Mundus est mons ille, in quo peccatum dominatur, Joh.2.v.16. *Ira Dei revelatur in eo super omnem iniquitatem,*

P 3

Rom.

Rom. i.v.18. Genet. i.v.21. Hunc montem mundi quisquis tangit, moritur spirituali morte & *jaculō venatoris infernalis* petitur. Tangitur vero mons mundi, cum mundum diligimus, 1. Joh. 2,15. Nolite diligere mundum, nec ea, quae in mundo. Conf. Rom. 12. v.2. Jac. i.v.27.

### MUNDI VEXATIO ET servitus,

405. *Decies mercedem mutavit Jacobo Labanus*, Gen. 31.v.7. Labanus est mundus, cuius vanitatibus cum servimus, vel *decies mercedem* mutat & vanâ spe homines lactat. Eccl. 1,14. promittit aureos montes, vix plumbeos præstat. Huic ergo Domino non fidamus, quin potius dicamus cum Jacobo, Gen. 30.v.30. *Tempus est, ut prospiciam domui mea.* Hoc est tempus gratiæ, 2. Cor. 6.v.2, quod spiritualem hanc prudentiam postulat, Eph. 5.v.17.

### MUNDUS DECIPIT HOMINES.

406. *Ninive dicitur gentes vendidisse in fornicationibus.* Nahum. 3.v.4. Talis Ninive mundus est, qui amatores sub peccatum venundat. 1. Reg. 21,20. & 25. & calice malitiosæ fornicationis homines inebriat: *Typus quoque est Romana Thaidos*, Apoc. 17.v.2.

### MUNDUS EST AGER.

407. *Triticò, ziz, aniu, ḡ, confusus, simul crescentibus*, donec appropinquet tempus messis, judicium discretionis. Impii sunt zizania, seminati ab inimico, Matth. 13.v.38. Triticum sunt pii, Matth. 3.v.12, cap. 13, v.25. utrumque in mundi agro, quem purgabit Dominus.

### MUNDUS

408. *Est terra Sodome & Gomorrha, Adama & Seboim*, in qua unus Loth, hoc est, pauci pii inveniuntur. Luc. 12,32. Esa. 1.v.8. Zephan. 3,12. Quam vana

vana ergò gloriatio Pontificiorum , de Ecclesiæ suæ amplitudine gloriantium? amplior erat Ecclesia Pharitæorum , quam Apostolorum, hæc tamen vera, illa falsa. Ecclesiæ ergò veræ, non amplæ, imago viva Lo-  
thus fuit.

## MUNDUS

409. *Est regnum & aulare regis Babylonia, in qua ad fistulæ sonitum idolum adorant , Dan.3. v.5. Fistulæ so-  
nitus strepitusque tubarum est mundus scandalosus.  
Idolum est Satanas, ejusque regnum 1. Joh.2,16. Tres  
verò viri integræ fidei inveniuntur in hâc mundi aulâ,  
hoc est, pauci numerò pii, Zephan.3,12.*

## MUNDUS

410. *Est eremus. 1. Ob viarum perplexitatem. Vid.  
Gen,21,14. Ps.107,4. Ita & nos patriâ domô paradi-  
si expulsi, in hoc deserto mundi oberramus, in foveas  
calamitatum & angustiarum, etiam à fratribus & pro-  
ximis quibusque conjicimur, ut Joseph, Gen.37,24.*

2. *Ob typicam significationem.*

1. *Moïses oves pascetbat in deserto, Exod.3. v.1. Ita  
più à Deo in hoc mundo pascuntur, Psal.23. v.1.*

2. *In deserto colebant Deum Israelita, donec in pro-  
missam terram venirent : Ita nos colere debemus De-  
um in mundi deserto, donec ad promissam vitæ æter-  
næ possessionem perveniamus.*

3. *In deserto amaram aquam inveniebant Israelitæ.  
Ex.15,23. Ita nos in hoc mundo aquas crucis, Pl.80,6.*

4. *Pharao existimabat coarctatos esse in terra Israe-  
litæ, in deserto : idcirco persequebatur eosdem, ne-  
sciens, Deum suos defensurum esse. Exod.14,3. Imago  
Diaboli, qui undiq; nos angustiis afficit in hoc mûdo.*

5. *Israelitarum quamplurima sunt impatientia ex-  
empla : Ita & nobis evenit in mundi deserto, hinc*

P 4 mur-

murmura, rebelliones, contra Deum ejusq; ministros.

6. *David in desertum fugiebat*, I. Sam. 23. v. 14. Ita piorum exilia in mundi deserto singulis parata momentis, Job. 16. v. 3.

7. *Quadragesima annis curam sui populi Deus gessit*. Num. 9. v. 19. Ita & nostri, Psal. 78. v. 15.

8. *Petas rupit in deserto Deus*, aquam protuberantes: Ita sitim nostram nonnunquam explet Deus aquas suppeditando solatii, Esa. 30. 20. Joh. 1. 16.

9. *Magnus ex eremo ventus venit, domum concusfit*: Ita omnis generis tentationes, tribulationes in mundo & ex mundo veniunt, Joh. 16. v. ult. &c.

3. *Loci desertionem*: Hinc enim desertum dicitur, & innuitur, Esa. 27. v. 10. Ita in mundo pii deseruntur, non à Deo, Esa. 54. v. 7. 8. sed hominibus.

4. *Sitis eausationem*. In desertis locis ambulantes magnâ premuntur siti. Ita pii in hoc mundo, Ps. 42. 1. Psal. 143. v. 6. sed consolatur nos Deus. Esa. 30. v. 20. cap. 51. v. 3.

5. *Ferarum curficationem*: Ita in mundo impii, ut lupi, apri, leones, vulpes discurrunt, duce leone infernali, Luc. 10. v. 3. Oves inter lupos.

6. *Spoliationem*: Jerem. 3. v. 2. Ita spoliator Satanás, impius.

7. *Desolationem summam*: Thr. 1. 13. Baruch. 4. 12. Ita in mundi eremo summa vastitas, confusio, desolatio.

8. *Retium multitudinem*: In desertis enim locis multa retia feris tenduntur à venatoribus: Ita in mundo retia tendit Satanás, impius piis Jud. 2. v. 3. Psal. 25. v. 15. Psal. 31. v. 5. Jerem. 1. v. 13.

9. *Via asperiatatem & salebras*: Ita in mundo viæ asperæ sunt & salebrosæ. Satanás coluber est in via; aspides & basilisci calcandi sunt in hac via, Ps. 91. v. 13.

MUN-

## MUNDUS

411. *Est spelunca latronum.* 1. *Ob Satanam, qui princeps mundi Ephes.2.v.3. cæde sacra humanaque omnia complet.* Hinc rubentis Draconis nomen, Apoc.12.v.12.

2. *Improvisum impetum :* Luc.10,30. Ita latrones, mundus, Satan, dormientes in securitate adoriantur.

Matth.13,25. *Dormientibus hominibus venit inimicus.*

3. *Viarum varietatem :* Latrones non ex una via homines aggrediuntur : Ita ex spelunca mundi latrones non unâ viâ pios adoriantur.

4. *Occursum armatorum.* Latro armis instructus est; In armatum ergo sumenda arma. Ita in Satanam, mundum, spiritualia arma, Eph.6.v.12.

5. *Detestationem.* Latro maledictus censetur, caveatur, ut Acto.28.v.4. Ita latrones spirituales in mundo latentes maledicti, cavendi, ut Gen.49.v.5. Non intremus Ecclesiam mundi cum Jacobo, oremus cum Davide, Psal.144.v.10.

Hos latrones sovet fovea mundi, spelunca Satanæ & reproborum, cuius lucidus appetet ingressus, cum primâ fronte omnia in mundo blandiuntur, sed obscurior est progressus ; arctus tandem inter tot latronum pericula egressus.

MUNDUS EST SPINETUM ACULEATUM, & locus scorpionum.

412. Ezech.2,6. *Tecum sunt spina rebelles & aculeata, & cum scorpionibus habitas.*

1. Spinetum ergo mundus est, consitus scilicet locus spinis, quæ malæ

2. *Ob intractabilitatem.* Spinæ enim difficulter obasperitatem tractantur : Ita etiam impii non patiuntur se judicari à Spiritu Domini, Gen.6,v.3. sunt perversi

ab utero & Spiritui Sancto resistunt, Actor. 7.51. non patiuntur se tractari à ministerio, cuius opera inferi poterant veræ olivæ Christo. Rom. II. v.17. & ita sylvestrem naturam deponere. Aculei hi sunt hostilis re-pugnantia, Actor. 13. v.46.

2. *Persecutio verbi & ministrorum*, quâ pungunt Dei servos & occidunt. Matth. 22.36. &c. 23.33. Hos aculeos indomitarum spinarum sensit Elias, I. Reg. 19. & 18. v.17. Johannes, Marc. 6. v.25. Omnes Prophetæ, Matth. 5. v.12. omni tempore, Hebr. II. v.37.

3. *Calumnia & insimulaciones*, quibus impii corda piorum pungunt, instar gladiorum & serpentum, Psal. 140. v.4.

2. *Ob punctionem*, etiam cum florent spinæ. Mundum si carpas, licet florere videatur, tamen pungit semper caudā, hoc est, in fine. Cum florere videtur sanctitate, fallit hypocriti, blanditiis, cum favere videtur. Psal. 55. v.22. prodit, cum osculator, interficit, ut Joab, 2. Sam. 20. II. cum gratulatur tibi, maledicit.

3. *Ob vestium lacerationem*. Spinæ vestes lacerant; Impii spinæ vestes integræ famæ piorum lacerant. Ita factum est Amos, cap. 7. v.10.

4. *Ob serpentum occultationem*. Spinæ serpentes occultant: Ita in hoc mundo, tanquam dumeto spirituali, occultantur serpentes, mali, Psal. 140. 4. Serpentis antiqui genuini soboles, qui ita suum semen occultat, donec exusto mundi spinetō flamma judicii patefiat, quinam DEI semen, qui Satanæ fuerint, Matth. 13. v.40. 41. Malachi. 3. v.17.

5. *Ob spinarum mutuam complexionem*. Sibi invicem implicitæ sunt spinæ. Impii mutuis sibi impliciti sunt operis, animis, vinculis conjuncti iniquitatis, Esa. 5. v.18. fœderibus perversitatis, Psal. 83. v.5.

6. Ob

6. *Ob ignis incensionem.* Ita spinæ mundi maliſtis incedunt ignem tribulationis, eidem fomitem submiftrant, Psal. 28. v. 3.

7. *Ob seminis suffocationem.* Spinæ ſuffocant ſemen: Ita impii ſuffocant verbi divini ſemen, Luc. 8. vers. 14. quod in spinas cecidit. Semen Spiritus Sancti, cuius ductum ſequi nolunt, Gen. 6. v. 3. cui riefiſtunt, Act. 7. v. 51. quem exacerbant, Eſa. 64. v. 10. quem triftia afſciunt, Eph. 4. v. 30.

8. *Ob maledictionis ſignificationem.* Spinæ enim ſunt ſignum maledictionis Dei. Gen. 3. v. 18. Ita impii ſunt maledictionis divinæ ſignum, non abſolutō Dei decreto, ſed ſuo ipſorum vietiō & iuftō Dei ſupplicio, quia noluerunt benedictum ſemen recipere, benedictionem acceptare; maledictio ipſis contigit. Ps. 109. v. 17. 18. Interim in hoc mundi dumeto, crescent pii instar roſa. Cant. 2. 2. inſtar frumenti electi Domini, quod nec incident, nec spinæ ſuffocabunt; quia ſuum Eccleſiae agrum curat Dominus & ſuo tempore spinas igni inextinguibili est exuſturus. Ps. 58. 10. Ps. 21. 10.

### MUNDUS EST LOCUS

#### Scorpionum.

413. Hi ſunt impii & perversi homines. Ezech. 2. 6.

1. *Ob venenum.* Venenum impiorum eſt in lingue fallacitate & scandalorum blanditiis, quibus pios ſe-ducere allaborant, Deut. 32. v. 32. cap. 29. v. 18. 19.

2. *Ob nocendi modum.* Dicuntur ſcorpiones à poſterioribus mordere: Ita impii in mundo fallaciis, re-tia locando, calumniis, famam denigrando. Horum omnes de retibus querelæ, de fovea, de infidiis, in Psal. de lingue dolis, paſſim.

3. *Ob convenientem locum.* Scorpiones in desertis locis ſunt: Mundus eſt desertum, in quo ſpirituales Scor-

Scorpiones, & Rehabeam i scorpionibus nos castigantes mali homines sunt, I. Reg. 12. v. 11. Mundus est multe illa scorpioni similis, Sir. 26. v. 10.

4. *Ob caudam nodosam & flexuosa*m. Mundi cauda, nodosa, flexuosa. Plus habet in recessu, quam in fronte promittit meretricia. Sap. 5. v. 6. 7.

5. *Oblatitationem*. Sub quovis lapide latitare dicitur Scropio. In quovis lapideo vel saxeo corde latet scropius Satan. Ezech. 2. v. 6.

6. *Ob colorum varietatem*. Varii sunt scorpionum colores: Varii mundi colores, mille figuræ.

Orandum itaque Deus est, ut nos per mundi hujus desertum, ejusque scorpiones, incolumes deducat, ut Israelitas, Deut. 8. v. 15.

### MUNDUS EST MONS CALIGINOSUS.

414. Jer. 14. v. 16. ad quem pedes nostri sapientius offenduntur, in cursu pietatis impediuntur.

Est mons caliginosus, in quo nulla solatii lux piis oboritur: Solum gaudium à monte celo, ad quem oculos elevant, Psal. 121. v. 1. Joh. 16. vers. 33. Psal. 25. v. 1.

In hoc monte caliginoso mundi dominatur princeps aeris, Eph. 6. v. 12. ventos tempestatum glomerat, Psal. 18. v. 8. 9. torrentes persecutionum ex hoc monte dimittit, Psal. 18. v. 5. ut obruantpios, in valle lachrymarum hujus vitæ commorantes, Psal. 23. v. 4.

### MUNDUS EST MESECH & Kedar.

415. *Va mibi, quia habitare cogor inter Mezech & Kedar*, Psal. 120. v. 5.

1. Mundus est terra Mezech, hoc est sagittarium,

rum, arcus tendentium & sagittis vulnerantium, quæ sunt variæ, Thren. 3. v. 12.

2. Mundus est terra Kedar & tenebrarum vel te-nebricorum, ob persecutiones & defectum solatii. Inter horum tamen tentoria vivere cogimur in hoc mundo, & libidini, feritati, immanitati, expositi esse corundem. Psal. 38. v. 14.

### MUNDUS EST VENTER ceti.

416. In quo Jonas delituit Jon. 2. v. 1. Diabolus cetus est (Vide Diabolus est Leviathan) Corpus ejus mundus est, in hoc corpore jactamur conclusi, in mari hujus mundi. Job. 7. v. 12. Clamamus sæpè ex hoc corpore: Audi nos Domine, libera Domine!

Hoc corpus mundi carcer noster est, quod

1. Concludimur, malorum aggere. Sirach. 40. v. 1.
2. Ob peccatum inobedientiarum, ut Jonas. Rom. 5. v. 12. 13.

3. In hoc ventre mundi aquâ salsa potamur. Psal. 80. v. 6.

4. Mundi artibus, velut Jonas in ventre ceti, comprimimur. Mundi artus & latera undiquaque nos constringentia prementiaque sunt impiorum & persecutores. Psal. 118. v. 10. 11.

5. Sæpè recordamur in hoc ventre mundi, templi Domini, cœli nimirum, & faciei Domini, ut Jonas, cap. 2. v. 5. ut David, Psal. 42. v. 3.

6. In abyssum ipsam maris miseriarum projicimur, ut Jonas, cap. 2. v. 4.

7. Algâ vanitatum humanarum caput nostrum ad eo operitur, ut respirare vix liceat, gemere semper licet, Rom. 8. v. 21. 22.

8. Pro-

8. *Proiectus tandem in littus Jonas à cete, Domino præcipiente, Jonæ 2. vers. 11. Sustenta nos in hoc mundi ventre, pientissime Domine! putrescamus licet, terræ præcipe, ut nos evomat in æternæ beatitatis portum & littus, ut tuo nomini perpetua gratiarum tuis ea persolvamus. Benignissime JESU, in tuo nomine nostra precatio ad tuum perveniat templum! ut Jonas cap. 2. v. 8.*

MUNDUS EST SPELUNCA BASI-  
liscorum, Danielis & Jeremiz  
fovea.

417. 1. *In qua Basilisci terrestres & infernales occultantur; In hac spelunca latet leo ille, 1. Petr. 5. v. 8. Psal. 10. v. 9.*

2. *Fovea Danielis est, ex qua illæsus prodiit rursum, Domino eum custodiente, Daniel. 6. vers. 22. oraleonum obturante.*

3. *Jeremias, in foveam conjectus ob veritatis præconium: Ereptus ab Ebedmelecho, Jer. 38. v. 6. 13.*

*Christus est noster Ebedmelechus, nos suo tempore è mundi fovea erupturus. Etiam eripe, Dominus JESU, ab omni malo eripe! 2. Tim. 4. v. 18.*

*De duobus peccati consequentibus, Dei judicio & morte, agetur in capite de Novissimis, sub calcem libri.*

• 6 (0) 50

CA-